

367.

Ille autem instruxit illos & ait illis. Sp̄s est qui uiuificat. caro autē nihil prodest. Uerba quae locutus sum uobis sp̄s est & uita. spiritualiter intellegite quod locutus sum. ⁊ non hoc corpus quod uidetis manducaturi estis & bibaturi illum sanguinem quem fusuri sunt qui me truci figent. ⁊ Sacramentum aliquod uobis commendauit. spiritualiter intellectum uiuificabit uos. Et sine esse est illud uisibiliter celebrari. Oportet tamen inuisibiliter intellegi. Exaltate dñm dñm nr̄m & adorare scabellum pedum eius. quō sc̄m ē. ⁊ Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. & samuhel in his qui inuocant nomen eius. Inuocabant dñm & ipse exaudiebat eos. In columna nubis loquebatur ad eos. Ista antiqui moyses & Aaron & samuhel seruidi magni apud antiquos. ⁊ Nostis quia moyses eduxit in uirtute dī populū isrl̄. ex aegypto per rubrum mare. & duxit in heremo. Et quanta mirabilia fecerit illo tempore dī per manū moysi. ⁊ Nouerunt omnes qui istas scripturas libenter audiunt in ecclesia. uel apud se legunt uel quomodo didicerunt. ⁊ Aaron frater ipsius fuit. quem ordinauit etiam sacerdotem. ⁊ Et ibi quidem non uidetur sacerdos esse. nisi aaron. ⁊ aperte enim in illis litteris aaron nominatur sacerdos dī. de moyse non ibi dicitur quod sacerdos erat. Sed si hoc non erat quid erat. Numquid maior sacerdote esse poterat. ⁊ Expropriat psalmus iste quia & ipse sacerdos erat. ⁊ Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. ⁊ Ergo erant illi dñi sacerdotes. postea samuhel iam in libro regnorum legitur. Iste est samuhel temporibus dauid. Nam ipse unxit sc̄m dauid. Samuhel ab initio aetatis suae in templo creauit mater eius sterilis fuit. ⁊ uolens habere filium orauit ad dñm cum gemitu magno & petens ut daret ei dī filium. ⁊ Ostendit quia non carnaliter habere uoluit. quem natum illi dedit. qui eum esse uoluit. ⁊ Uoluit enim eum dñō dō & ait. Simili masculus natus fuerit templo tuo seruiet. ⁊ Quia fecit. ⁊ Natus sc̄s samuhel. fuit apud matrem tempore lactis. ⁊ Mox ut eum ablactauit dedit in templum ut ibi cresceret. ⁊ ibi roboraretur in spū ibi dō seruiret. ⁊ fac